

» proposito perseverantes, nostris persuasionibus hujusmodi an-  
 » nuere nullatenus voluerunt, et immemores, quod sancta Romana  
 » Ecclesia eos semper dilexit ut filios, ac multis privilegiis et gra-  
 » tiosis insignivit, coeptum per eos bellum contra Ferrariam, immo  
 » contra nos et praefatam Ecclesiam, cuius nomen in omni pro-  
 » vincia, in qua apostolicae praedicationis sonus exivit, celeber-  
 » rimum habetur, adeo ut etiam barbaris gentibus sit terrori, pro-  
 » sequi non cessarunt, nec cessant (1). Nos igitur praemissis omni-  
 » bus debita mediatione pensatis, non valentes ulterius eorumdem  
 » ducis, Consilii et Communis Venetiarum ausus hujusmodi et tam  
 » manifestum Ecclesiae praefatae ac totius Italiae praejudicium  
 » sub dissimulatione transire, ac inherentes vestigiis felicis recor-  
 » dationis Clementis papae quinti praedecessoris nostri, qui contra  
 » eosdem venetos, pro eo quia praefatam Romanam Ecclesiam  
 » possessione civitatis praedictae ferrariensis spoliaverant et civi-  
 » tatem ipsam occupaverant, atque occupabant, excommunicatio-  
 » nis, interdicti et anathematis ac aeternae maledictionis nec non  
 » privationis et inhabilitationis ecclesiasticas sententias, censuras  
 » et poenas apud Avignonem in Coena Domini promulgavit, et  
 » brachium saeculare invocavit, eorum bona omnia capientibus in  
 » praedam concessit, ac voluit eos fieri servos capientium eosdem,  
 » prout in ejusdem praedecessoris litteris plenius continetur, licet  
 » absque alia monitione et ulteriori dilatione juste possumus ani-  
 » madvertere in eosdem venetos, qui Italicam pacem inviolare  
 » et Ferrariam nostram invadere, contra priores et in Coena Do-  
 » mini publicatas alias nostras litteras praedictas praesumpserunt;  
 » et repetitis litteris nostris moniti et requisiti ut desistant, id facere  
 » aperte denegarunt et denegant, bellumque ipsum, prout ex de-  
 » creto ac statuto prosequendum esse scripserunt, prosequuntur:  
 » nihilominus volentes de solitae sedis apostolicae benignitatis  
 » affectu adhuc experiri, si aliqua in eis scintilla devotionis et

(1) La storica verità dei fatti narrati in questa bolla, si rintracci in tutta la serie degli avvenimenti esposti fin qui nel progresso del mio racconto.